

(1) Ita tenet, post
alios quos refert
Petr. Gerar. sing. 2.
Carrer. d. ver. nono
quæro, nu. 28. *Plaz.*
d. c. 22. n. 15. & 27.
in fin. *Menoch.* de
arbitrar. cas. 396. n.
14. *Tiber.* Dec lib. 9.
crim. c. 15. nu. 29.
(2) Quæ erat ex-
traordinaria ex S.
C. Plaucliano, vt re-
fert *Menoch.* d. cas.
(3) in l. 2. C. de in-
fant. expos.
(4) *Infl.* in l. fin. §.
sed scimus, C. de
lati. lib.
(5) L. 1. C. de ex-
pos. in C. Theodos.
ca. vnic. de infant.
exposit. l. 3. tit. 20.
part. 4.
(6) *Dionys.* Hal-
carn. li. 2. antiq. *Pet.*
Greg. li. 44. Syntag.
cap. 3. num. 2.
(7) *Solon.* *Plutar.*
teste in eius vita.
(8) *Paul.* in l. 4. de
liagnosc. quæ non
male intelligi po-
test, de his qui ex-
ponebant filios in
columna lactaria
Sospitæ Iunoni di-
cata, de qua vide,
quæ post *Festum* tra-
dit *Revard.* lib. 1.
coniect. c. 17.
(9) *Aelian.* lib. 2. de
var. histor.
(10) *Tertull.* in a-
pologia.
(11) *Cuiac.* lib. 16.
observat. ca. 36. &
in parat. ad tt. C. de
inf. expos. *Menoch.*
casu 396. Vela de
delect. c. de expo-
nen. inf. *Boss.* tit. de
homic. nu. 7. & 8.

interpretes (1) omnes, quotquot de hac re sermonem fece-
re, parricidij reatum filium incurtere negant, verbis Impp.
Valentiniani, Valentis, & Gratiani allecti, qui eum, qui so-
bolem suam exponendam putavit, non solum animadver-
sioni, quæ constituta (2) est, subiacere præcipiunt, sed & adi-
tum repetendi filij habere nō sinunt. *Nec enim*, inquit, (3)
suum quis dicere possit, quem pereunte contempst. A qua de-
cisione non longè novior alia Iustiniani (4) differre vide-
tur, qua servus, qui ægritudine affectus à domino desstitui-
tur, si convaluerit, servitutis vinculis liberatus, sui iuris ma-
nere iubetur. Quod æquè in filijs valuisse, & patriæ potesta-
tis nexibus si à parente expōsti fuerint liberari, tam civi-
li, (5) quam canonico, & regio iure probatur. Nam etsi olim
Romulus, vt Dionysius (6) refert, liberos sub certis legibus
exponere concessisset, posteà tamen his & alijs pœnis non
immerito ea parentum crudelitas coercita est. Nam si fi-
lios, qui à patribus nullam artem edocti essent, patres im-
punitè contempnere, & alimentis privare, prudentissimus san-
xerat Solon, (7) cur ijs pietatem & obsequium debebunt, à
quibus sub fortunæ arbitrio relicti, & quodammodo vita
privati immaniter fuerint? *Necare enim* videtur, vt Pau-
lus (8) tradit, qui denegat alimenta. *Et qui publicis locis mi-*
sericordiæ causa exponit, quam ipse non habet. Vnde apud
Thebanos, vt Ælianus (9) refert, lex erat, quæ capitibus pœ-
na mulctabat illum, qui infantem exponere, vel in solitudi-
nem abijcere ausus fuisset. Verùm si in extrema necessitate
pater esset constitutus, sive mas, sive foemina infans esset, co-
gebatur eum statim à materno partu ad magistratum, cum
ipsis fascijs, adferre, qui acceptum, alicui viro levi precio
tradebat, cum quo pactum, & conditiones intercedebant, vt
per suam fidem infantem aleret, & adulturn servi, vel servæ
loco haberet. Sed & Romanis, apud quos hoc crimen fre-
quentissimum fuisse indicat Tertullianus: (10) *Filiosexpo-*
nitiis suscipiendos ab aliquo prætereunte misericordia extra-
nea, varie, pro temporum varietate, vindicatum fuit, vt ex
Cuiacij, (11) Menochij, & aliorum scriptis constabit. Sed
adhuc ego, quoad nostram perinnet tractationem, adduci
non

non possum ut credam, etiam ob hanc causam filium patri, quem compertum, & exploratum habet, & à quo se genitum esse cognoscit, citra parricidiū supplicium mortem inferre posse. Nam nèque verosimile est, filium à patre sine maxima causa exponi potuisse; ut enim apud Philostratum (12) ex Euripide Apolonius ostendit:

Cunctis hominibus filij sunt ipsa anima.

(12) *Philostr.lib.2
cap.8.*

Et ut exponendi occasio deficeret, ac certè, qui exponit, pater esse non definit, nèque quicquid se impie aduersus filium & crudeliter gerat, natura ipsa minor ei pietas, & reverentia debetur. Quid est enim, quod non ob solum nascendi initium, & huius vitæ usuram, filijs parentibus rependere teneantur? vnde rectissime Imp. (13) etiam in nuptijs expositæ filiæ exponentis patris consensum requirit, & Fortunius Garcia (14) admodum doctè concludit, ex supradicta ratione filium egenti patri, quamvis ab eo nunquam aliquod beneficium acceperit, alimenta præstare, teneri. Naturaliter itaque, parentibus etiam malemerentibus pietatem debemus, quod Mucij Manlij Torquati filius apud Valerium (15) ostendit, qui effecit, ne pater, à quo semper rusticō opere gravatus, & malè habitus fuit, causam ad populum diceret: Et Valerius ipse hoc addito elogio manifestius expressit: *Commendabilis est pietas, qua mansuetis parentibus præstatur; sed Manlius quò horridiorem patrem habuit, hoc laudabilius periculo eius subvenit: qui ad eum diligendum, præter naturalem amorem, nullo indulgentiæ blandimento invitatus fuerat.* Ostendit etiam & Cicero, (16) dum pro Cluentio, ita aduersus eius matrem Sasiam loquitur: *Nam Sasia mater huīus Habiti, mater enim à me nominis causa, tametsi in hunc hostili odio, & crudelitate est, mater inquam appellabitur, nèque unquam illa ita de scelere, & immanitate audiet, ut naturæ nomen amittat.*

(13) *I.patriam 16
C.de nupt. 1. cap. 8*

(14) *Fortun.in 1. I.
§. ius naturale , de
iust. & iur.*

(15) *Valer.li.5.c.4*

(16) *Cicer. pro
Cluent.*



CAPUT SEXTVM.

Parricidij crimen male hucusque à Doctoribus ad Parentum spiritualium, Iudicium, Dominorum, & similiū personarum interfēctores extensum. Planè qui Patriam, aut Principem produnt, parricidas passim à bonis auctoribus appellari, & non maie statis tantum, sed & parricidij reos videri. Hoc & indebitum patriæ amorem exposcere. De quo nonnulla. Pilatum in Christi Domini morte parricidium commisſe secundum aliquos. Qui eius interitus Præceptoribus non secus ac parentibus reverentiam deberi, & an in nece eorum parricidij crimen committatur.

- (1) Ita tenent mulati, quos refert Plaza d.c. 22. n. 18. Tiraq. in l. si vñquam, verb. suscepit liberos, nu. 22. Rojas in epit. suc. c. 28. n. 9. Menoch. casu 355 nu. 16. Tib. Dec. lib. 9 crim. c. 5. ex nu. 5.
 (2) Ita docet Acc. in auth. vt iud. sine quoquo suffr. §. illud. Fab. Plat. & Angelus in § alia deinde. inst. de publ. iud. Carre. d. vers. 9. que ro, nu. 10. & 12. Plaza sup. n. 21. & 22.
 (3) Tiraq de poen. temp. caus. 21. ver totam, & Ascan. Clem. de pat. pot. effect 3. ex nu. 7.
 (4) L. interpretatione, l. respiciendū de poen. c. odiay de reoul. iur. in 6.
 (5) Greg. Lop. in d. 1. 12. part. verb. al fijo. D. Ioan Vela d. c. 2. n. 5. & Tib. Dec. d. lib. 9. c. 9. nu. 6.
 (6) Plaza vbi supra num. 35.



VEMADMODVM naturales parentes nullo casu citra parricidij crimen interfici posse, nisi ubi contra patriam aliquid moluntur, supra contraria communes Doctorum traditiones resolvit: ita è contrario explodenda est mihi in hoc capite eorumdem sententia, (1) qui serio affirmare nequaquam verentur, parricidium quoque, in nece parentum spiritualium committi, vel aliorum, qui parentum instar habeantur; veluti si quis Iudicem, Dominum, Episcopum, vel Parrochum interficerit. (2) Nam etsi non diffitear, magnam his personis venerationem & pietatem deberi, vt pluribus adductis Tiracellus ostendit; (3) quis tamen ferat, particularē huius sceleris poenam, peculiaribus rationibus certis personis inflamt, ita late produci, vt nullus ferē casus relinquatur, quo locum habere non possit? Alijs supplicijs, alia maleficia puniantur, parentū violatio hanc sibi dumtaxat animadversionem usurpet: nēque poenaliū legum verba contra totius legalis scientiæ principia, (4) extra proprios cancellos protrahantur. Præfertim cùm isthæc horum auctorum ampliationes, nullo, nec iuris, nec quotidiani usus fundamento nitantur, vt benè Gregorius Lopez (5) advertit: si cut nēque illa, quam ex multorum opinione refert, & sequitur Plaza, (6) quæ docet parricidij reum iudicem esse, qui

sub-

subditum sue potestati, & imperio hominem iniuste vltimo suppicio mactaverit, contra apertum Vlpiani (7) responsum, qui eo in casu poenam legis Corneliae de sicarijs committi his verbis scripsit: *Lege Cornelia, de sicarijs teneatur, qui cum in magistratu est, effet, eorum quid fecerit, contra hominis necem, quod legibus permisum non sit.* Planè si quis in patriam aliquod facinus commisisset, etiam si alia reperiantur suppicia non male tentare quis posset, parricidij poenam locum habere, ut post alios, doctissimus Anton.

(7) *Vlp. in L.Cornelia, D.de sicar.*

Concius (8) advertit: nam certè parricidijs nomen hanc in rem sepiissimè ab auctoribus usurpari videmus. Cicero: (9) *poteſt cuiquam eſſe viile fædiſſimum parricidium patriæ.* L. Flor. (10) cum de Catilinæ coniuratione loqueretur: *Fuſvia vilissimum ſcorum, ſed parricidijs innocens.* Salustius (11) de eodem Catilina Ciceroni maledicente in senatu, *ad hæc maledicta, inquit, alia cum adderet, obſtrepere omnes, hoſtem, atque parricidam vocare.* Quod non immerito admitti videtur, ſi enim patria communis noſtra eſt parens, qui patriæ vim & interitum infert, aut in eius perniciem impium aliquod facinus machinatur, quaſi qui parentem occidat, parricidijs reus iudicari debet. Quinimo potiorem eſſe patriæ quam parentum rationem, & alio loco (12) insinuavi, & eleganter Ovid. (13) oſtendit, dum ait:

Dulcis amor patriæ ratione valentior omni.

Et Seneca: (14) *Praferre patriam liberis Regem decet: Sed neque abeft Cicer.* (15) qui patriam patribus præposuit, dum dixit: *Non nobis ſolum nati ſumus, ſed partim patriæ, partim parentibus, &c.* Et alibi: (16) *Iuſtitiam cole & pietatem: qua cum ſit magnain parentibus & propinquis, tum in patria maxima eſt.* Quod ſatis testati ſunt Brutus, Curtius, Decij, Scipiones, Codrus, Thrasibulus, Phileni, & alij, qui vt paſſim auctores (17) conmemorant, mortem pro patria alacriter oppetierunt, malueruntque patriam incolumem propriæ virtutæ iactura relinquere, quam ſuperſtitieſ cernere laborantem, & captivam intueri. Vnde non abſimili modo, licet iij qui in Principes aliquid moliuntur, maiestatis crimen incurant, & poenis huic ſceleri constitutis (18) plectantur;

(8) *Ant. Conc. ad I.Iul. maiest.li.1.c.1. & Tib.Dec.d.c.5. num.4.*

(9) *Cic.3.offic.*

(10) *Flor. li.4.c.1.*

(11) *Saluſt.de coniurat.Catil.& vide alia quæ eleganter ad hoc notat Isaacus Casaub. ad Lam prid.pag.350.*

(12) *Sup.hoc lib. cap.4.*

(13) *Ovid.1.de Pon. eleg.4.*

(14) *Sene in Troad.*

(15) *Cicer.1.offic.*

(16) *Cic.6. de re. publ. & in ſomn. Scip.*

(17) *Valer. Max. lib.5 c.6.& alij relati à Perr.Greg. in pralud. lib.2.c.39. Bellengar. verb.patria.*

(18) *L.1.leg.quisquis cum alijs, C. & D.ad I. Iul. maiestat.*

- adhuc tamen, quia Imperator, vel Princeps, patriæ pater esse censetur, parricidæ dicuntur. Sueton. (19) de Iulij Cæsaris morte agens: *Curiam in qua occisus est, obstrui placuit, Idusque Martias parricidium nominari.* Valer. (20) de Caio Casio: *Dignam manum, quæ publico parricidio se non contaminaret;* & sæpe alibi, in locis plena manu a Briffonio (21) congestis. Quibus ego Senecam (22) addo, qui Augustum, ad Cinnam sibi insidias parasse compertum, ita inducit loquëtem: *Vitam tibi Cinna do, prius hosti, nunc insidiatori, ac parricidæ.* Et Lampodium, (23) qui in Commodo nec exultasse populum refert, & magnis acclamationibus illum parricidam *Senatus appellasse.* Nimirum, quia vt Cicero ait: *Atrocius est patriæ parentem quam suum occidere.* Qua de causa, Pilatum, quod Christum Dominum omnium parentem & servatorem occiderit, parricidam fuisse, & pœna parricidij miraculosè damnatum, nonnulli ex nostris scriptoribus (24) tradiderunt. Eius namque corpus fuit per terram à duobus bobus perductum, & non secus atque de parricidis fieri, alio loco retulimus, in lacum proiectum. Quamvis alijs auctores, quibus hæc in re plus tribuendum existimo, propria se illum manu transverberasse testentur, (25) vt sic malorum, in quæ devenerat, compendium, mortis celeritate quæreret.
- Ita scribit Paul Oros. lib. 7. c. 5. Baron. 1 tom. annal. anno Christi 41. pag. 280.
- (26) Petr. Ærod. li. 8. rer. iud. tit. 6. cap. fini.
- (27) Laert. in eo sum viris.
- (28) Plato in Hippocrate. vel demenda.
- (29) Accurs. in I. liberto 9. de obseq. à liber.
- (30) M. Man. in glofar. p. 1. cap. 92. Ascan. Clem. de pat. potest. eff. 1. n. 11.
- (31) Cic. pro Planc. verisetur? Aut quis ignorat, nunquam vel commendari satis
- ad hoc. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 687. 688. 689. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 697. 698. 699. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 717. 718. 719. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 747. 748. 749. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 787. 788. 789. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 797. 798. 799. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 817. 818. 819. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 847. 848. 849. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 867. 868. 869. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 877. 878. 879. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 887. 888. 889. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 896. 897. 898. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 907. 908. 909. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 916. 917. 918. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 927. 928. 929. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 937. 938. 939. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 945. 946. 947. 947. 948. 949. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 957. 958. 959. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 965. 966. 967. 967. 968. 969. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 975. 976. 977. 977. 978. 979. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 987. 988. 989. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 995. 996. 997. 997. 998. 999. 999. 1000. 1001. 1002. 1003. 1004. 1005. 1006. 1007. 1008. 1009. 1009. 1010. 1011. 1012. 1013. 1014. 1015. 1015. 1016. 1017. 1017. 1018. 1019. 1019. 1020. 1021. 1022. 1023. 1024. 1025. 1025. 1026. 1027. 1027. 1028. 1029. 1029. 1030. 1031. 1032. 1033. 1034. 1035. 1035. 1036. 1037. 1037. 1038. 1039. 1039. 1040. 1041. 1042. 1043. 1044. 1044. 1045. 1046. 1046. 1047. 1048. 1048. 1049. 1050. 1051. 1052. 1053. 1054. 1055. 1055. 1056. 1057. 1057. 1058. 1059. 1059. 1060. 1061. 1062. 1063. 1064. 1065. 1065. 1066. 1067. 1067. 1068. 1069. 1069. 1070. 1071. 1072. 1073. 1074. 1075. 1075. 1076. 1077. 1077. 1078. 1079. 1079. 1080. 1081. 1082. 1083. 1084. 1085. 1085. 1086. 1087. 1087. 1088. 1089. 1089. 1090. 1091. 1092. 1093. 1094. 1094. 1095. 1096. 1096. 1097. 1098. 1098. 1099. 1099. 1100. 1101. 1102. 1103. 1104. 1104. 1105. 1106. 1106. 1107. 1108. 1108. 1109. 1109. 1110. 1111. 1112. 1113. 1114. 1114. 1115. 1116. 1116. 1117. 1118. 1118. 1119. 1119. 1120. 1121. 1121. 1122. 1123. 1123. 1124. 1125. 1125. 1126. 1127. 1127. 1128. 1129. 1129. 1130. 1131. 1131. 1132. 1133. 1133. 1134. 1135. 1135. 1136. 1137. 1137. 1138. 1139. 1139. 1140. 1141. 1141. 1142. 1143. 1143. 1144. 1145. 1145. 1146. 1147. 1147. 1148. 1149. 1149. 1150. 1151. 1151. 1152. 1153. 1153. 1154. 1155. 1155. 1156. 1157. 1157. 1158. 1159. 1159. 1160. 1161. 1161. 1162. 1163. 1163. 1164. 1165. 1165. 1166. 1167. 1167. 1168. 1169. 1169. 1170. 1171. 1171. 1172. 1173. 1173. 1174. 1175. 1175. 1176. 1177. 1177. 1178. 1179. 1179. 1180. 1181. 1181. 1182. 1183. 1183. 1184. 1185. 1185. 1186. 1187. 1187. 1188. 1189. 1189. 1190. 1191. 1191. 1192. 1193. 1193. 1194. 1195. 1195. 1196. 1197. 1197. 1198. 1199. 1199. 1200. 1201. 1201. 1202. 1203. 1203. 1204. 1205. 1205. 1206. 1207. 1207. 1208. 1209. 1209. 1210. 1211. 1211. 1212. 1213. 1213. 1214. 1215. 1215. 1216. 1217. 1217. 1218. 1219. 1219. 1220. 1221. 1221. 1222. 1223. 1223. 1224. 1225. 1225. 1226. 1227. 1227. 1228. 1229. 1229. 1230. 1231. 1231. 1232. 1233. 1233. 1234. 1235. 1235. 1236. 1237. 1237. 1238. 1239. 1239. 1240. 1241. 1241. 1242. 1243. 1243. 1244. 1245. 1245. 1246. 1247. 1247. 1248. 1249. 1249. 1250. 1251. 1251. 1252. 1253. 1253. 1254. 1255. 1255. 1256. 1257. 1257. 1258. 1259. 1259. 1260. 1261. 1261. 1262. 1263. 1263. 1264. 1265. 1265. 1266. 1267. 1267. 1268. 1269. 1269. 1270. 1271. 1271. 1272. 1273. 1273. 1274. 1275. 1275. 1276. 1277. 1277. 1278. 1279. 1279. 1280. 1281. 1281. 1282. 1283. 1283. 1284. 1285. 1285. 1286. 1287. 1287. 1288. 1289. 1289. 1290. 1291. 1291. 1292. 1293. 1293. 1294. 1295. 1295. 1296. 1297. 1297. 1298. 1299. 1299. 1300. 1301. 1301. 1302. 1303. 1303. 1304. 1305. 1305. 1306. 1307. 1307. 1308. 1309. 1309. 1310. 1311. 1311. 1312. 1313. 1313. 1314. 1315. 1315. 1316. 1317. 1317. 1318. 1319. 1319. 1320. 1321. 1321. 1322. 1323. 1323. 1324. 1325. 1325. 1326. 1327. 1327. 1328. 1329. 1329. 1330. 1331. 1331. 1332. 1333. 1333. 1334. 1335. 1335. 1336. 1337. 1337. 1338. 1339. 1339. 1340. 1341. 1341. 1342. 1343. 1343. 1344. 1345. 1345. 1346. 1347. 1347. 1348. 1349. 1349. 1350. 1351. 1351. 1352. 1353. 1353. 1354. 1355. 1355. 1356. 1357. 1357. 1358. 1359. 1359. 1360. 1361. 1361. 1362. 1363. 1363. 1364. 1365. 1365. 1366. 1367. 1367. 1368. 1369. 1369. 1370. 1371. 1371. 1372. 1373. 1373. 1374. 1375. 1375. 1376. 1377. 1377. 1378. 1379. 1379. 1380. 1381. 1381. 1382. 1383. 1383. 1384. 1385. 1385. 1386. 1387. 1387. 1388. 1389. 1389. 1390. 1391. 1391. 1392. 1393. 1393. 1394. 1395. 1395. 1396. 1397. 1397. 1398. 1399. 1399. 1400. 1401. 1401. 1402. 1403. 1403. 1404. 1405. 1405. 1406. 1407. 1407. 1408. 1409. 1409. 1410. 1411. 1411. 1412. 1413. 1413. 1414. 1415. 1415. 1416. 1417. 1417. 1418. 1419. 1419. 1420. 1421. 1421. 1422. 1423. 1423. 1424. 1425. 1425. 1426. 1427. 1427. 1428. 1429. 1429. 1430. 1431. 1431. 1432. 1433. 1433. 1434. 1435. 1435. 1436. 1437. 1437. 1438. 1439. 1439. 1440. 1441. 1441. 1442. 1443. 1443. 1444. 1445. 1445. 1446. 1447. 1447. 1448. 1449. 1449. 1450. 1451. 1451. 1452. 1453. 1453. 1454. 1455. 1455. 1456. 1457. 1457. 1458. 1459. 1459. 1460. 1461. 1461. 1462. 1463. 1463. 1464. 1465. 1465. 1466. 1467. 1467. 1468. 1469. 1469. 1470. 1471. 1471. 1472. 1473. 1473. 1474. 1475. 1475. 1476. 1477. 1477. 1478. 1479. 1479. 1480. 1481. 1481. 1482. 1483. 1483. 1484. 1485. 1485. 1486. 1487. 1487. 1488. 1489. 1489. 1490. 1491. 1491. 1492. 1493. 1493. 1494. 1495. 1495. 1496. 1497. 1497. 1498. 1499. 1499. 1500. 1501. 1501. 1502. 1503. 1503. 1504. 1505. 1505. 1506. 1507. 1507. 1508. 1509. 1509. 1510. 1511. 1511. 1512. 1513. 1513. 1514. 1515. 1515. 1516. 1517. 1517. 1518. 1519. 1519. 1520. 1521. 1521. 1522. 1523. 1523. 1524. 1525. 1525. 1526. 1527. 1527. 1528. 1529. 1529. 1530. 1531. 1531. 1532. 1533. 1533. 1534. 1535. 1535. 1536. 1537. 1537. 1538. 1539. 1539. 1540. 1541. 1541. 1542. 1543. 1543. 1544. 1545. 1545. 1546. 1547. 1547. 1548. 1549. 1549. 1550. 1551. 1551. 1552. 1553. 1553. 1554. 1555. 1555. 1556. 1557. 1557. 1558. 1559. 1559. 1560. 1561. 1561. 1562. 1563. 1563. 1564. 1565. 1565. 1566. 1567. 1567. 1568. 1569. 1569. 1570. 1571. 1571. 1572. 1573. 1573. 1574. 1575. 1575. 1576. 1577. 1577. 1578. 1579. 1579. 1580. 1581. 1581. 1582. 1583. 1583. 1584. 1585. 1585. 1586. 1587. 1587. 1588. 1589. 1589. 1590. 1591. 1591. 1592. 1593. 1593. 1594. 1595. 1595. 1596. 1597. 1597. 1598. 1599. 1599. 1600. 1601. 1601. 1602. 1603. 1603. 1604. 1605. 1605. 1606. 1607. 1607. 1608. 1609. 1609. 1610. 1611. 1611. 1612. 1613. 1613. 1614. 1615. 1615. 1616. 1617. 1617. 1618. 1619. 1619. 1620. 1621. 1621. 1622. 1623. 1623. 1624. 1625. 1625. 1626. 1627. 1627. 1628. 1629. 1629. 1630. 1631. 1631. 1632. 1633. 1633. 1634. 1635. 1635. 1636. 1637. 1637. 1638. 1639. 1639. 1640. 1641. 1641. 1642. 1643. 1643. 1644. 1645. 1645. 1646. 1647. 1647. 1648. 1649. 1649. 1650. 1651. 1651. 1652. 1653. 1653. 1654. 1655. 1655. 1656. 1657. 1657. 1658. 1659. 1659. 1660. 1661. 1661. 1662. 1663. 1663. 1664. 1665. 1665. 1666. 1667. 1667. 1668. 1669. 1669. 1670. 1671. 1671. 1672. 1673. 1673. 1

(vt Anneus Robertus (32) ait) vel merita largitione, & dignis præmijs foveri posse præceptores? qui sollicito studio educationem, & mores adolescentiæ curant, quique iuventutem bonis artibus imbuunt. Quod quantum conducat ad veram & solidam gloriam, Lycurgus, vt Cœlius (33) refert, catulorum argumento demonstrabat, quos eisdem prognatos parentibus, educationis dissimilitudine diversis moribus ostendebat: cum lucernarius foret unus, alter venaticus, & qui generosos spiritus alunt, laboribus innutritus. Vnde nota est in iure, & ab omnibus hac solum de causa probata, illa Attilij Reguli (34) in Nicostratum præceptorem, cuius disciplina melior effectus fuerat, remuneratoria donatio: Nec non pium illorum auditorum officium, à quibus Sabinus, vt narrat Pomponius, (35) in plurimum sustentabatur. Sed & multa, eadèmque insignia grati animi erga magistrorum exempla, lato sermone Petrus Greg. (36) recentuit. Et quod ad rem nostram vehementer conductit, Zoilum quod nedum vivis præceptoribus, sed Homero totius (vt Iust. (37) inquit) virtutis parenti, mille iam ante annos mortuo, indignè detraheret, damnatum particidij nonnulli testantur: alijs à Philadelpho in crucem affixum: quidam lapides in eum coniectos: aut Smyrnæ vivum in ignem, vt sacrilegum, proiectum esse aient. (38) Quæ tamen omnia, eo animo accipi volo, vt gravissimum crimen esse, patriæ, principi, & præceptoribus mortem inferre significant, non tamen vt in his casibus, quicquid supradicta contrarium suadeant, culleo, & serpentibus locum esse, defendere videar.

CA

item

(32) Ann. Rob. lib. 3. rer iud. c. 3.

(33) Cœl. lib. 20. c. 28.

(34) L. Attilius Regulus, de donat.

(35) Pomp. in l. 2. circa fin. de orig. iur.

(36) Pet. Greg. in prælud. c. 41. & Me noch. quem vide centur. cas. fin.

(37) Inst. in proce mio Digest. §. incipite.

(38) Petr. Erodius refert ubi sup.

CAPV T VII.

*D*e filijs fit ad parentes transitus. Horum in filios imperium ex natura ipsa descendere. Romanos potestatem patriam cum vita, & necis iure in liberos exercuisse. Huius rei multa in bonis auctoriibus testimonia: nonnulla etiam in Iuris consultorum libris vestigia inveniri. Omnia diligenter ob oculos posita. Et Martiano in l. 1. de parricid. cum Cuiac. lux data. An apud alias nationes ius impunè occidendi liberos fuerit? Et qui apud Romanos eovsi reperiantur. Quo respectu Caius, & Justinianus patriam potestatem proprium ius Romanorum dixerint? vendere olim liberos parentibus licuisse, hodie quatenus liceat.



*A*RENTVM in filios dominationem ex naturæ legibus originem trahere, & ea quæ de illis debita reverentia alio loco (1) retulimus, satis ostendunt, & eleganter Plinius Iunior (2) admonuit, dum ait: *Lex naturæ semper in ditione parentum liberos esse iubet*. Nec dissentit Ariltot. (3) qui gentium iure, triplex in vnaquaque domo imperium constituit, Dicearchum in servos, Basilicum in filios, Politicum in uxores. Romani tamen, iam inde à nascentis reipublice tempore, adeò magnam sibi in liberos potestatem adrogarunt, & tot iuri, bus, totque privilegijs munitam, vt patria potestas (vt Iustin. (4) post Caium tradit) propria civium Romanorū, neque eo modo apud alios homines usu recepta, dici potuerit. Quod forsan, vt plerique alia, (5) ea demū ratione induxerunt Romani, vt cives ad matrimonia & liberorum procreationem urgentius allicerent; nec enim frustra Seneca: (6) *Parentum, inquit, conditionem sacravimus, quia expediebat liberos tolli, & liberis civibus civitates replere*. Inter reliqua autem patriæ potestatis iura, quæ singulis prope paginis autores nostri (7) commemorant, illum maximum erat, vt parentes filios non vendere tantum, verum & occidere ad libitum possent. Quod ex antiquissima Romuli lege origi-

nem

(1) Supr. hoc.lib. c. 2.

(2) Plin. in Panegyr.

(3) Arist. libr. 2. polit.

(4) Iustin. in §. 1. init. de patr. pot.

(5) Multa quæ ob hoc inducta sunt, vide apud M. Vertraniū, & Ferd. Paez de iur. lib. Duaren. 1 disp. c. 40.

(6) Senec. lib. 3. de benefic. c. 10.

(7) De effect. pat. potest. vide Asc. Clement. in tract. de patr. potest. Pinel. in Rub. C. de bon. matern. 2. p. Forc. dial. 15.

nem traxit, quæ his erat verbis concepta: (8) Parentum in liberos omne ius esto, relegandi, vendendi, occidendi; & multis iuris nostri civilis testimonij affatimi demonstratur. Sic enim Paulus (9) de liberorum exheredatione pertractans: Nec mirum est, inquit, ut liceat eos exheredare, quos & occidere licebat, & Papinianus (10) patri tantum qui filiam in potestate habet, eius in adulterio deprehensæ, occidendæ licentiam permittit. Et Constant. Imp. (11) Libertati, ait, tantum à maioribus impensum fuerat, ut patribus, quibus in vita in liberos, necis que potestas erat permissa, libertatem eripere non liceret. Sed neque abest Martianus, (12) qui cùm legis Pompeiæ de particidijs capita recenseret, ea teneri matrem & maternum avum, qui liberos occidissent, expressit, patris verò altum fecit silentium: ea nimurum causa, ut ante nos eruditè Cuiac. (13) advertit; quia cùm mater, & per maternam lineā ascendentæ personæ liberos in potestate non habeant, (14) non æquè ut pater, liberos impunè occidere poterant. Extat quoque Epigramma quoddam, hanc eandem potestatem ostendens, apud Petronium (15) in hæc verba.

Et pater es dictus patriæ dignissime Iuli.

Quique tibi vitam abstulit est quoque dictus

Ipse pater patriæ: Dic Phœbus adhæreat vtri?

Utrique: hic patris est vitam dare, Patris & hoc est

Romani, si quam potuit dare, demere vitam

Posse etiam natis: vitam dedit alter, at alter

Vitam adimit, patriæ pater est sic dictus vterque?

Nec desunt parentum exempla, qui hac sibi concessa facultate vñi petibentur. Nam ut Iunium Brutum, Avidium Cassium, Manlium Torquatum, & Posthumium Tiburtium præteream, quorum iam alio loco (16) meminimus. Au- (16) Sup.hoc li.c.

Ius Fulvius Senatori ordinis vir euntem in aciem filium retraxisse, à Salustio, (17) & alijs narratur, iuvenemque & ingenio & litteris & forma inter æquales nitentem, præfato consilio amicitiam Catilinæ sequutum, inque castra eius temerario inpetu ruentem, suppicio mortis affecisse: præfatus non se Catilinæ illum adversus patriam, sed patriæ adversus Catilinam genuisse: Quin etiam citra causam Rei-

(8) Referunt hæc
1. Baldiu. & Prætius
ad II Rem c. 17. &
omnes in princ. de
patr. potest.

(9) Paul. in I. suis
11. in fin. de lib. &
potest.

(10) Papin. in I.
patr. 20. de adult.

(11) Const. in I. fin.
C. de patr. potest.

(12) Martian. in I.
1. ad I. Pomp.

(13) Cuiac. lib. 5.
observat. cap. 17.
quod non intelle-
xit Prætius sup. tra-
dit idem Cuiac. in
op. post ad tit. C. de
patr. potest.

(14) §. fin. instit.
de patr. potest. I. nul-
la foemina, D. de
suis & legit.

(15) Petron. in Epi-
gram. post Satyr.
excusis.

(17) Salust. in Ca-
til. Dionysius lib. 37.
Valer. lib. 5. c. 8.

- (18) *Pomp.* in l.2.
§.initium.de orig.
iur.
- (19) *T.Liv.*lib.1.
- (20) *Budæus* in l.2.
D. de sicar. in an-
notat. posterior.
- (21) *Cic.* in orat.
pro domo sua.
- (22) *Agell.*libr.5:
noct. Atti. cap.19.
Alex. lib.2.genial.
cap.8.
- (23) *Diod.*lib.2.
- (24) *Cœl.Rhod.*lib.
11.lect.ant.c.17.ad
med. ex *Arist.* qui
eorum imperium
Tyrannidem no-
minat lib.8. Eth.c.
10.
- (25) *Cæsar* de bel-
lo Gall.lib.7.
- (26) *Pet. Greg.* in
prælud.lib.5.c.7.&
lib.11.syntag.c.5.
- (27) *Iust.* in d.s.1.
de patr.potest.
- (28) *Connan.* lib.2.
commem.c.13.
- publicæ ob solius pudicitiæ respectū, refert Pomponius (18) Virginum Virginiam insontem filiam occidisse. Et Titus Livius (19) P. Horatium, eius Horatij patrem, qui superatis Curiatijs, sororem occiderat, ita ad populum inducit loquentem, se filiam iure cæsam iudicare: ni ita esset patrio iure in filium animadversurum. Ni mirum quia hoc priscis Romanis iure potestatis licebat, & de liberis ut Budæus (20) ait, etiam capitaliter citra iudicium statuere poterant. Id quod ex Cicerone (21) quoque intelligere possumus: qui de Clodio loquens, qui se in adoptionem plebeio homini derat, cum ex patriciorum genere esset, ita inquit: *Credo enim quāquam in illa adoptione legitimè factum est nibil, tamēte esse interrogatum, auctor ne esses, ut in te P. Fonteius vita, necisque potestate haberet ut in filio?* Hæc namque cōcepta esse, & solemnia adrogationis verba, ex Agellio, (22) & Alex. ab Alex. didicimus. Sed neque Romanis dumtaxat, verūm alijs quoque nationibus, hanc filiorum occidendorum licentiam fuisse communem, vel ex eo colligimus, quod Ägyptij levissimam in filiorum occisores, ut Diodorus (23) refert, animadversionem constituebant. Et Persæ crudelem in filios & in servos dominationem exercuisse, paternaque potestate abuti soliti memorantur. (24) Apud Gallos item, ut Cæsar (25) testatur, viri, non in liberos tantum, sed & in uxores & necis potestatem habebant. Quod & apud Israelitas, & alios adiacentes populos valuisse, ex Abrahami exemplo ita liberè filium Isaacum morti devovere audentis, & Iephœ, qui à bello rediens filiam sibi primò oblatam in victimam obtulit, nec non ex alijs sacræ historiæ argumentis latè probare contendit Pet. Greg. (26) inde Iustinianum (27) reprehendens, quod nullos alios homines talem qualē Romani potestatem habere in liberos dixerit, in quem etiam eadem ratione Francisc. Connan. (28) invehitur, non satis animadvertisentes Imperatorem alijs gentibus potestatem in liberos non negare, nec enim poterat, cum ut initio huius capititis diximus, ex iuris naturalis fontibus manet. Sed eam tantum quæ Romanis est, tot scilicet iuribus, tot effectibus prædictam, nullos alios homines agno-

agnovisse, testari. Quod multi ex nostris scriptoribus (29) recte percepisse videntur, & Dionysius Halyearn. (30) luculentiter explicuit, adeo latam patriam potestatem apud Romanos fuisse, recensens: ut dominicam superaret. Nam sive necare, sive verberare, sive rustico opere damnare innocentem, inauditum, & indefensum filium pater vellet, ei libera erat facultas, necnon & usque ad tertiam auctionem vendendi, vt si semel nondinatus a patre filius, ab hero clementiore manumissus fuisset, iterum genitoris venalitium, ut ante, mancipium fieret, nec nisi post tertiam auctionem ab ea truculentia tutus esset. Quæ tamen vendendi filios facultas posterioribus Iurisconsultorum & Imperatorum temporibus (ut hoc obiter animadvertiscas) non videtur itidem valuisse, (31) quinimo nedum vendere, verum & pignori accipere, sub deportationis poena, ut Paulus (32) scribit vetitum erat (quamvis Tribonianus sub eiusdem Pauli (33) nomine relegationis tantum, ut advertit Cuiacius (34) meminerit.) Nisi forte pater in id inopiae & paupertatis devenisset, ut non nisi ex filij filiae venditione sibi victimum querere posset; tunc enim ei filium vendere, & multo magis (quidquid contrarium Accur. (35) somniet) pignori dare, Constantini Imperatoris sanctio (36) his verbis concepta permittit: *Si quis propter nimiam paupertatem, egredi temque, victimus causa filium, filiamve sanguinolentus vendiderit, venditione in hoc tantummodo casu valente, empator obtinendi eius servitij habeat facultatem, &c.* Quo tamen in loco vulgata lectio mendoza videtur, & verbum, *sanguinolentus*, non ad patrem, sed plurali numero *sanguinolentos*, ad filios referendum, & recens natos, adhucque sanguine materno madentes interpretandum, ut iam pridem multi magni nominis viri (37) animadverterunt. Neque mirum si famis & necessitatis ratione, hoc parentibus permiserint iura, nam id a paterna pietate nequaquam alienum videtur; cum satius sit eo modo patrem sibi simul & filio prospicere, quam utrumque maximo famis dolore, quem Menander miserrimum vocat, perire. Vnde Nehemias quinto capite populus fame oppressus, sic inquit: *Filii nostri, & filiae no-*

(29) *Pinel. in Rub.*
C. de bon. 2. p. n. 17.
Vacon. 1. declarat. c.
8. & 3. c. o. *Forcat.*
dial. 15. & omnes
post glof. d. s. 1.

(30) *Dionys. lib. 2.*

(31) *L. minor. 39.*
§ pater de evicti.
I. 1. C. de patr. qui
fil. fin. C. de patr.
potest. *Mercer. lib.*
1. opin. c. 9.

(32) *Paul. li. 5. sen.*
tit. 1.

(33) Idem *Paul. in*
I. fin. D. quæ res
pigno.

(34) *Cuiac. ad Paul.*
d. tit. facit I. qui fil.
lios, C. que res pig.
Lobest, & aut. imo,
C. de obl. & action.
I. 8. in fin. li. 3. fori.
I. 3. tit. 13. p. 5. & vi-
de *Baldun.* ad Ieg.
Rom. c. 17.

(35) *Accurs. in l. 2.*
C. de pact. qui fil.
distrax. quem seq.
Ias. in l. in suis. n. 28
sed rei ciunt cæte-
ri, ut constat ex *Pi-*
nel. in 2. p. Ru. C. de
bon. *Mat. n. 25. Cu-*
iac. sup. Molin. lib. 4
de primog. c. 5. nu.
12. *Covarruv. 3. var.*
c. 14. num. 4.

(36) L. 2. C. de pa-
trib. qui fil. distrax.
I. 8. & 9. tit. 17. p. 4.

(37) *Pinel. & Co-*
varruv. sup. Alc. li. 1.
de verb. sig. *Cuiac.*
in parat. C. de inf.
expos. & his qui
sanguinolentos nu-
triendos accepe-
runt *Gilbert. Rieg.*
li. 1. *Enantioph. c. 21.*
P. Fab. 1. sem. c. 6.

stra multæ sunt nimis, accipiamus pro pretio eorum frumentum,
& comedamus & vivamus. Et Eusebius (38) refert, tempore
Maximiani Imp. multos parentes filios suos vendidisse. Et
Erisichthon postquam integrum patrimonium luxuriose
profudit, tandem & filiam, ut fami succurreret vendidit, ut
tradit Ovid. (39) his verbis:

(38) Euseb. libr. 9.
Histor. Eccl. c. 8.

— Et tandem demisso in viscera censu

Filia restabat, non isto digna parente,

Hanc quoque vendit inops.

(40) Tiraq. lib. 1. Extat etiam (ut alia quæ in hanc rem ex Tiraq. (40) Alca-
de retr. §. 26. gl. 1. nius Clementinus accepit, silētio præteream) facetissimum
nu. 14. Ascan. Clem. apud Aristophanem (41) de Megarensi quodam exemplum,
de patr. potest. eff. 1. nu. 2. Piso Soaç. in qui optionem filiabus dabat, vellent ne vendi, an potius
§. 1. inst. de patr. domi fame perire, Græcè quidem sed in hunc sensum.
potest.

(41) Arist. in Acar.

Verum o improbae puellæ miseri patris

Ascendite ad cibum si quid inveneritis alicubi

Audite sane, converte ad vos ventrem,

Utrum vendi mavultis, an esurire male?

Puell. Vendi, vendi.

CAPUT VIII.

Ius occidendi filios olim parentibus datum, posterioribus legi-
bus ademptum, nec nisi modicam coercionem, aut exhereda-
tionis remedium illis relictum. His supplicijs parentes er-
ga filios contentos esse debere, Seneca, Ambros. Salvian. &
aliorum verbis ostensum Traianum filium quem pater seve-
re nimis tractabat à patris manu liberasse; id iure factum,
ut Papin. refert. Cuius verba cum Hottoman. & Petr. Fab.
emendantur, quamvis Cuiacius emendationem non probet.
Patrem filium sibi reluctantem iudicibus offerre debere.
Multis hoc iuribus comprobatur. Sed præcipue Ulpian. res-
ponso in l. 2. de siccarijs. De cuius interpretatione latissime
agitur. Neminem indicata causa damnari.



VERMADMODVM vendendi, ita & occidendi fi-
lios potestas, novioribus legibus angustata videtur;
Vnde quæ de hac retractant Iurisconsultorum &

Imperatorum responsa, præteriti dumtaxat temporis me-minerunt. Nam cum patria potestas, ut Marcian. (1) ait, *in pietate debeat non in atrocitate consistere, & ex Antonini constitutione, neque in proprios servos sevire ultra modum licuerit,* (2) iustissime immanis illa barbaries in parentibus etiam coercita fuit. Quam ob rem sicuti emendare pater filium iure patriæ potestatis non prohibetur, (3) sic atrociter in eum animadvertere iura (4) non patiuntur. Nam vt ait Salvianus: (5) *Pro magno peccato paulum supplicij satis est patri, & nihil de ultione perdit filio ignoscens, quia felicius multo est & laudabilius, suis aliquem etiam immerito ignoscere, quam in suos etiam merito vindicari,* & Plinio (6) teste: *Tunc præcipua est mansuetudinis laus, cum iræ causa iustissima est.* Debètque naturalis pater in irrogandis supplicijs cœlestem imitari, qui vt Tertul. ait: (7) *Cum pro volunt hominem magis relevat; cum accusat, excusat: cum condemnat, absolvit.* Inde est vt neque abdicatio quæ Græco more ad alienandos liberos usurpabatur, & *anonephoi* dicebatur, Romanis legibus (vt Dioclet. (8) statuit) comprobaretur: neque patri præter modicam castigationem, alius læsæ pietatis index, quam exhereditatio superesset. Vnde D. Ambrosius: (9) *Usu humano, inquit, hereditatis pecuniariæ gratia facit, ut venerabiliora fiant iura pietatis. Quia hoc quoque plus deferunt parentibus; ne læsa pietas patris vlciscatur se exhereditatione contumacis pignoris, & Quintilianus:* (10) *Fulmen istud patrum adversus ferociam adolescentiae datum est, adversus filios qui peccare plus possunt.* Quo ex fonte iam plane percipimus, cur in Papiniani responso (11) ex Traiani rescripto coactus fuerit pater filium emancipare, quem male contra pietatem afficiebat, & omnino à filij bonis exclusus ex Nератиј Prisci & Aristonis consilio, propter solvendæ pietatis necessitatem: quippè quia licet nemo filium emancipare compelli soleat, (12) qui tamen male vtitur iure potestatis in filium sibi concesso, eo beneficio se prorsus reddit indignum, (13) & quemadmodum dominus, qui nimis in servum excendet, vel ancillæ pudori non parcit, cogitur illum, ilamyc bonis conditionibus vendere. *Expedit enim (ut Iusti-*

(1) *Marcia.* in l. Divus ad l. Pomp. de parric.

(2) L. i. cum seq. de his qui sunt sui, §. i. inst. cod. tradit Alex. ab Alex. 3. gen. cap. 20.

(3) L. 3. C. de patr. potest. l. vni. C. de emend. propinq. l. 8. & 9. tit. 8. p. 6. cū latè adductis à Pet. Fab. 3. semelitr. c. 16. Menoch. de arb. casu. 364.

(4) L. 3. & 4. C. de patr. potest.

(5) *Salvian.* lib. 31 ad Eccl. cath. pag. 387. & in epist. ad Hypat. pag. 301.

(6) *Plin.* li. 9. epist. 21.

(7) *Tertul.* lib. de penit.

(8) *Diocl.* in l. abdicatio, C. de patr. potest.

(9) *D. Ambr.* lib. 5. epist. 28.

(10) *Quintil.* de-cla. 259.

(11) *Papin.* in l. fin. si apparent quis fuer. man.

(12) L. neque a-vus, C. de eman. li.

(13) Cap. vi privi-legia 24. de privile-

- (14) Dict. §. i. de his qui sunt sui. l. si lenones. C. de ep. aud.
- (15) Sen. lib. 3. de benef. c. 11.
- (16) Pet. Fab. vbi supr.
- (17) Hot. in §. sed & maior. in l. de his qui sunt sui, enun. 23.
- (18) Cuiac. in l. qui dām cum filiū 132. de verb. & in oper. polthum. ad Papin. in d. l. fin. & in not. solem. ad eandē. & in not. ad d. l. div.
- (19) Tertul. in apo log. c. 34.
- (20) Tit. inst. quibus modis ius potest solvitur.
- (21) §. minus ergo, inst. de hered. quæ ab intest. l. eas 8. de cap. dim.
- (22) L. 3. & 4. C. de pact. post l. vn. C. de emen. prop.
- (23) Deuter. c. 21 in fin.
- (24) Ioseph. lib. 4. Iud. antiq. c. 8.
- (25) Macer in l. mil. agrum, §. de sertore, de re mil. ex quo notant interp. filium delinquentem à patre oblatum, mitius puniendū, vide Tiraq. de pœn. temp. cau. 8. & Pine. 2. p. rub. C. de bon. n. 32. quam vis hoc non admittat Mendoza. li. 1. de pact. c. 1. nu. 33. Sed contr. probat Dec. 2 crim. lib. 9. c. 6. n. 4.
- (26) Vlpian. l. 1. de obsequijs.
- nianus ait.) (14) ne res sua quis male utatur: ita & pater filium, in quem tyrannidem potius, quam potestatem exercet, cum vendere non possit, manumittere omnino rectissime cogitur. Filij namque custos potius debet esse quam carnifex, ut Seneca (15) ostendit, dum inquit: *Et quia utile est inventui regi, imposuimus illis domesticos magistratus sub quorum custodia continantur.* Sed & tradit in hanc rem alia eruditissimus Petrus Faber, (16) qui in supradicto Papiniani loco, posteriora verba mendosa esse existimat, & ex notarum similitudine, & eiusdem nominis repetitione deceptum librarium, solvendæ pietatis scripsisse, vbi potestatis scribere debuerat. Quam emendationem sibi etiam arrogat Hottonianus; (17) Cuiaciū autem multis in locis (18) communem lectionem retinendam esse contendit; eo quod potestas patria leviori vocabulo pietas interdum dicatur, & vt Tertull. (19) scribit: *Gratiū sit vocabulum pietatis quam potestatis.* Sed mihi Fabri, & Hottoniani coniectura non displicet, nam non ita aptè solvi pietas dicitur, vt potestas (20) quin potius pietas cuius naturaliter debeatur, nullo iuriis civilis figmento, nulla emancipationis solemnitate tolli potuit, aut solvi. (21) Rursus ex eisdem etiam principijs cognoscimus, quanam ratione pater, vbi filius contumax & protervus persisteret, nec paterna admonitione ad debitum obsequium, & pietatis officium adduci potuerit, in illum dūtrius animadvertisendi facultatem non habeat, sed praefecto vrbi, vel praesidi puniendum ex Alexandri, & Valesiani Imp. sanctionibus (22) offerte teneantur. Quod & vetusta Moysis lege, (23) quam optimè Iosephus (24) explicat, cautum invenimus, & Iurisconsultorum tempore etiam observatum videtur, nam Macer (25) refert, patrem quendam, desertorem filium puniendum iudicibus obtulisse, quem D. Pius in duriorem militiam dari iussit. Et Vlpianus (26) tradit, quod si filius patrem & matrem, quos venerari oportet, contumelijs afficit, vel impias manus eis infert, praefectus vrbi delictum ad publicam pietatem pertinens, pro modo eius vindicare debet. Id enim in filijs vt in servis obsequijs solere, ex varijs iuris nostri locis colligimus. (27) Et ex eo